



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. V. Quæ à spoliatore, seu violento invasore restituenda sint spoliatori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

judicij constet, nullum jus competere spoliato, sed spoliatori (quia aucta iudicij faciunt notorium) vel ex confessione judiciali ipsius spoliati, qui fateur spoliatorem Dominum esse (quia confessio est probatio probata) vel si de dominio, aut jure spoliatoris constet ex instrumento publico, quod paratam habet executionem; vel si constet de eo per testes, qui rem evidenter notoriam faciunt; vel denique, si per sententiam latam in petitiorio constat de dominio seu jure spoliatoris. Tertiò non est restituendus ante omnia spoliatus, si ex tali restitutione periculum animæ timeri possit, aut irreparabile damnum, vel publicum scandalum, vel perturbatio in populo timeatur (quia in his & similibus casibus periculum animæ, & publica tranquillitas, &c. prævaleat priuato commode spoliati) vel denique si rem notoriè suam, quâ spoliatus est, & quam per viam juris acquirere non poterit, propriâ auctoritate occupavit; præsentim si sine suo domino restituere non potest, cum in tali casu alia via non sit rei sue recuperandæ, quâ tamen justè & iuridicè privatus non est,

§. IV.

Quæ probanda sint à spoliato agente ad restitutionem rei spoliata?

Duo probare debet, qui agit interdicto. Unde vi, possessionem scilicet, & spoliationem, sive quod rem illam immobilem, quâ spoliatum se queritur, tempore spoliationis possederit (præsumptivè saltem hoc probando) & quod hac possessione dejectus sit. Ut patet

etiam ex c. Consultationibus 10. jussi Gloss. V. possessionem & dejectionem. De offic. & goteſt. Ind. deleg. Et hinc quibus interdicto experti vult, non audier, etiam si probare velit se Dominum ipsius rei esse, nisi prober rem se posse dñe, & spoliatum fuisse. Uti habetur et Olim 17. b. 1. Cùm Ixpius non sit idem possessor & Dominus: neque in causa profanis necessarium est, titulum probe posse possessionis, cùm etiam predo in hi restituendus sit. c. In literis. 5. b. 1.

§. V.

Quæ à spoliatore, seu violentiū vasore restituenda sint spoliata?

No tanto rem una cum fructibus naturalibus, qui percepti sunt, & percipi etiam potuerint, restituendum spoliato violentiū spoliator, seu vasore rei alienæ, (deductis tamen reponsis, quæ in colligendis & conservandis fructibus v. g. fieri debeant) & omnia in superdamna refarcire (etiam spoliatus non omnia haec petiverit) ac in iuriis integrè satisfacere, c. Gress. 16. b. 1. Quod si tamen spoliator & ipse spoliatus fuit, nec ob inopiam habeat, ut restituatur omnia, nisi & ipse restitutus cogi non debet ad restituendam rem cum fructibus, nisi prius restitutus & ipse fuerit. c. Olim nobis 16. b. 1. Cum inanis sit actio, ut ait Pontifex, quia inopia debitoris excludit, ita ut falce res ecclio sententia latæ de solutione fœtuum facienda, suspendatur.

•(o)s•

§. VI.